

ELYSIORVM
BETHLEMITICORVM
AD VMBRATIO. N^o 11
CANDIDO FLORI
D E O
PURPVREONARCISSE
HOMINI.

Ad pellucidas Marianis Fontis cristallos ima-
ginem amanti, induenti imaginem.

P R O

Auspicatis Natalitijs.

Apud Lechtissimum Apoitolicæ, & Metropolitam Almæ Granatenfis
Ecclesiæ Procerum numerū religiosissimum Senatorum cætum.

Anno ipsius Natalitij 1641.

Per Licenciatum Franciscum Daza Presbyterum, &
eiusdem Ecclesiæ Cathedralis æditum.

МУДОГУД
МУРДИЛДЫНДА
СИТАМУДА
БОРДОДЫНА

О Б О

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

О Б О

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

АЛМАЗКАРСО
ОМКИ

APROVACION DE EL
Padre Juan de Cárdenas, de la
Compañía de Iesús,
sobr istoneg oñoy v. 1610

Por el licor del señor Doctor don Lucas Vela de Sayo, Maestro de la de la Santa Iglesia de Granada, Rector, y Vicario general de su Arzobispado, fe-
de vacante, he visto la Oración Evangelica que com-
puso, y recibió el licenciado Francisco Dávila, en la Calenda
de la Natividad de Nuestro Señor Jesucristo. Y aunque es
verdad que la oy con muy grande gusto, quando la oró de-
tante del Ilusterrimo Cabildo, con mucho mayor la he visto
despues en el papel, adquiriendo con mas atencion la magis-
tral del asunto, la noticia aventajada de la lengua Latina,
los primores de la eloquencia, y conceptos, y la erudicion de
letras Divinas, y Humanas. Por todo lo qual, y porque no
encierra cosa contra la Fe, o buenas costumbres, juzgo que
se le deue dar la licencia que pide para imprimirla, mientras
recibe el premio mayor que sus letas merecen. En este Co-
legio de la Compañía de Iesús de Granada, a treynta de Di-
ciembre, año de mil y seyscientos y quarenta y uno.

Dicho licencia lo dio el Padre Juan de Cárdenas.
Anno de 1610, en 30 de diciembre de 1610, a
sobre oportunitat d'el dia, en el dicho Colegio
de la Compañía de Iesús de Granada.
Dicho licencia lo dio el Padre Juan de Cárdenas.

Nº S el Doctor don Augustin de Castro Vazquez, Provisor, Iuez, Oficial, y Vicario general desta ciudad de Granada y su Arçobispado por el Illustriſſimo y Reveredíſſimo ſeñor dō Martin Carrillo Aldrete mi ſeñor, Atço bispº del dicho Arçobispado, del Cōſejo de ſu Mageſtad. Por el presente damos licencia bastante en forma a qualquier Impreſſor, para que pueda imprimir la Calenda que en la S. Iglesia Metropolitana della predicó el L. Francisco Daça, Clerigo Presbitero, en 24. de Diciembre de el año paſiado de 1641. (atento por la aprobación de ſta otra parte, fecha por el P. Juá de Cardenás, de la Compañía de Iefus, en virtud de remiſſion del ſeñor Doctor D. Lucas Vela de Sayoane, Maestreſcuela de la dicha S. Iglesia, Provisor que fue de este dicho Arçobispado, nuestro antecelſor) parece no auer en ella cosa cótra nuestra Santa Fé Católica. Dado en Granada a 10 de Febrero de 642,

El Doctor Castro.

Por ſu mandado.
Juua Bernardo N.

nam sicut in gaudiis dicitur: In gratia dei habemus
et obijtis. In otia et in peregrinatione ita sumus, ut
in omni opere illo modo, quo iamplius habemus.
DOMINO Illustrissimo, & Reuerendissi-
mo, angustissimo Religionis gestato-
rio, faustissimo scientiarum auspici D.

Martino Carrillo & Aldrete, Sacro Illiberita-
ni Paradysi topiario, Almæ Granatensis Eccle-
siæ nutrito Presuli, & ipsius gregis præclaro op-
lionis gracieles hos, & iam magis flores Bethleemi-
tici ruris adumbratos Elysijs, & humanato Nu-
mini Regi nascentisæcotorum mortali, atque vi-
sibili Dei, & hominis Filio, pro auspicatis Na-
talitijs, velut aris appensos Licenciatus Fran-
ciscus Daza, in obseruantiae strenam Mecenati
suo vouet, & fortunatum officium dedicationis,
fortunatum beneficium protectionis auspicatur.

MITT O tibi lilia (Angeli Politiani verba sum
mutuatus Presul Illustrissime) non ut gratum
tibi faciam, quamvis tibi quoque, sed ut ipsis lilijs, hec est,
ne marcescane. Quæ eoque libentius tibi offerem, quò
insolentiori gloria in gloria nostra cumulabis mu-
nera. Quot excurrerent cartæ, si tui emporij, vel
leuioribus penicillis lineam adumbrarem! Nul-
lus in orbe thronus, qui te non decantet. En Ely-
siorum Bethlemiticorum adubratio: faue. En cadi-
de Flori Deo, purpureo Narciso Homini ad pel-

lucidas Mariani Fótis cristallos imaginem aman-
ti, induceti imaginem; pro tanto Natalitio af-
fixum anathema: foue, Ingenioli partum tuo no-
mine, tuo lumine decora; iponte tuos ruit in pe-
des, dum sublimius auct patrocinium, genuimtu-
telare.

Tibi adicititus cliens.

Licentiatus Franciscus DR.

Si dicitur quod invenimus in libro de laudibus
sanctorum et martyrum deinde in libro de
sanctis ecclesiasticis quod predicti auctoribus
sancti Iude Thaddei et obsequio eiusdem auctoribus
sancti Michaelis angelorum missarum et de
missarum officiis et communione sicut datur. Etiam
in libro de laudibus sanctorum et martyrum
et missarum officiis et communione sicut datur
et missarum officiis et communione sicut datur
et missarum officiis et communione sicut datur

Et hoc dicitur quod invenimus in libro de laudibus
sanctorum et martyrum deinde in libro de
sanctis ecclesiasticis quod predicti auctoribus
sancti Iude Thaddei et obsequio eiusdem auctoribus
sancti Michaelis angelorum missarum et de
missarum officiis et communione sicut datur. Etiam
in libro de laudibus sanctorum et martyrum
et missarum officiis et communione sicut datur
et missarum officiis et communione sicut datur
et missarum officiis et communione sicut datur

Flores apparuerunt in terra nostra. Epithalamij Salomonis Cap*2* nigisti minoidi scilicet

NATA LIA rediuiuo plausu sonuere tristitia: Bethlemita repetitis orbium ambagibus, tornatili pondere fulsere crepundia. Obliquantur ad vnguem insolubili cœli campage, rotantur & orbes, tornantur in circulos.

*Annuabis se si reuocat Sol mensibus astra
Aduentum testata Dei.*

Flexa totatus orbita circulus, tēporis indecessa
vertigine æternæ Sobolis exhibuit genethliacis:
diuinum reduci dierum serié Infanti Deo, sub
majestate subdito, sub luce abscondito sacrat epi-
nicium, & incundiissima numerorum aclamatio-
ne enascentem. Puerum conclamantibus bucci-
nis anhelat Numen, festiuis concentibus adorat
Deum.

*Suspendi olim (iā mēministis) suspendi olim
barbyton ad anta Rethlemitica, ominata Enia-
uelis nostri trôphæa ad sanctos præsepij thos-*

los affixa, consecraui adytis, libauit limini. Iterum
erga Bethlemiticum Infantem pretas in has Na-
talitias copedias excauit, vel progenita, vel in-
genita me ad olympicam arenam ingenioso na-
didicaram cruore vindicauit Minerua: gratos men-
tis affectus angusto cordis stagno terminari non
patiar, quinimo crescente tandem æstu in verba
gratibus victa labiorum margine restagnent.

*Ast quid ego exili vectus super alta phaselio
Cuncta sequor me morās? non si Parnasia Musse,
Antra mibi, sacrof sq; aditus, atq; aurea pandant
Luminas sufficiam? non si mibi ferrea centum
Ora sonent, centumque ærato gutture linguae
Vocibus expunent agitante n pectora Phæbum,
Laudatos valeam venientis Principis actus
Enumerare, nouoque amplecti singula cantu.*

Quid? sub dextro tātē Natiuitatis methedoro tor
pescat elinguis lingua? memoria fluctuet imme-
mor? sensus sideretur insensibilis? Apagé, fluc-
tus licet immineat decumanus. Ergo optimo
Principi, aduentanti Deo, inauguraō Regi ex
labro laudis laboret plectrum, sonoro pectine
pulsetur chelis, per auream auram personet pa-
negyris.

Iterum in certamina Phæbus? iterum ad palæstram Phætonis crines, iterum in agonem: *Vndeque iubar.*

Spirantes Phaetontis equi nitidissimus erbe
 Transponitum biugis penetrabile littus anhelis
 Ebibet occiduis?

Expectabitis aurigas, quæ nimio laboris æstu,
 creberrimaque ad incendium usque concusione
 calescunt. Quid si repetitos Solis ortus, coram
 tanti Numinis gloria renascente indagemus?
 Quid ni Solem quotidie occasum patientem, &
 ortum dicas? Adsonat Ambrosius: Solis ortus nul-
 li proprior. Algent tot repetitis circulis obsoleti
 currus.

Vberior mirationis seges ad Cephisi amnis, &
 Lyriopes Nymphæ filium, ad Narcissi florem.
 Opido quanta formosi pusionis metamorpho-
 sis ad pellucidas Mariani fontis cristallos imagi-
 nem amantis, induentis imaginem! Cum & ip-
 sa iugerum, seu dorsa, seu cacumina, fontium ip-
 filicores, lympharum æquora, vallum infima,
 deuexa montium, collum iuga, viridaria nemorum,
 gratum floris nascentis exordium, in vo-
 cales dissoluta nutus, lucunda adoratione ven-
 rentur, & nostris viuidum obtutibus exemplar,
 unde vetam hodiernæ gratulationis expinga-
 mus effigiem, eleganter appendant, officioso fa-
 mulatu subministrant. Adaptandus Narcissus
 suæ imaginis amator Divino Verbo humanam
 naturam amanti usque ad unionem, ex qua flos

resultauit candidus, & purpureus erupit liliu[m].

Per Incarnationem floridus apparuit Deus,
vt iure optimo nostri p[re]issionis egresum elegan-
ti similitudine germinatione in floris possimus
appellare, ac tuac primum Nazareus noster to-
tus horidus, elegansque terris apparuit. Ad duo-
decimum Apocalipseos caput tornato carmine
purpuratus decantauit Hugo:

Elos pulcer, redoleus, spes fructus, & breuis aei
Mel dat api, fertim capiti, sine semine nascens.
Plura clamant Doctorum testimonia: clarissime
Leo magnus, Ser. 4. de Natiuit. Domini: Beata
Virgo Maria Spiritu Sancto fecundata nouum flore car-
nus humanae p[re]tero quidem materno, sed partu est enixa
Virgineo. Quid enim pulcrius, aut purius fangi va-
let, quam pulcri, & elegantis ex pulcherrima vir-
ga flor[is] egressus? Et quemadmodum virga in
flore erumpens, tantum abest, vt aliquid ve-
nustatis, & pulcritudinis amittat, vt potius spe-
ciosior, pulcriorque evadat, non absimili pro-
fus imagine limpidissimus Marianus fons, pudici-
tiae non temerato flore, retento virginitatis li-
lio, non amiso puritatis c[on]dore, integratatis illi-
bato pudore Campi Flor[is] germinauit, & Narcissum conuallium: Ex qua scilicet ex Maria, Chri-

Orat. 2. Ius vita elos extitit floride Damascenus: Cuius Vir-
de nati. gnis, & gloriofus fuit ortus, & partus mundo sublimior.
Dni. Adisti-

Adstipulatur Emissarius, Homil. 2. de Natiū.
 Quid primū mirer, quid vē postremū, quod sine con-
 ceptu est collata fæcunditas, aut quod per partum magis
 est glorificata virginitas. Hinc satis lepidē, & ad sco-
 pulū nostrū lussit alter Poeta:

*Quidam virgineum fæcundo in viscere florem
 Miratur, quidam latitanis sub imagine numen
 Mortali, quidam verbum sine vocibus infans.*

Negat ad Narcissi gloriā nasci flumine defuit,
 nasci & nūtire. Parentem habuit diuinitatis
 fontem. Quid flumen? Ad pellucidas lymphas
 Marianā fontis natus est, nobilissimi fluminis,
 commune rerum omnium speculum, clarissimā
 ad splendorem cristallum. Et qui ex intranabili
 sapientia pelago æternū genitus, regales in-
 de hauserat insulas, solium, naturam, carne indu-
 tus, nihil habuit ad honorem solempnius, nihil
 ad maiestatem sublimius, quam ad hosce Mariæ
 fontes cristalinos assidua mentis contemplatio-
 ne versari.

Quid ergo? Magia a magno isto fonte peten-
 da auspicia, siue altitudinis penetrare abyssos,
 seu per longinquas perennitates ductam scatu-
 riginis meditarer seriem. Quid agerem, aut
 quid ad fontem, nisi Narcissum agerem: Benefi-
 centissima totius exundantis gratiæ congiaria
 deriuat, Diuinī Pneumatis flattini eopiola hi-

Mendo-
 za, li. 9.
 de flori.

laritate repedit. Vos autem, Auditores, lin-
guis interim, precor, animisque fauete. Aue gra-
tia plena, &c.



Flores apparuerunt in terra nostra, &c.

ELYSI ORVM Bethlemiticam adumbrō
metamorphosim (Senatores grauissimi
vibis, & orbis luminaria clarissima) Elv-
siorum Bethlemiticam adumbrō metamorpho-
sim, floridā Nazaræi agri speciosam lessæ val-
lis pulcherrima flotum varietate delibo amæni-
tatem, dum ebullientibus Cephisiae proliis latici-
bus immegeror. Amplissimus audioribus curio-
sa iudagine luminibus patescit campus, per amē-
nus se se conspicendum prorrogat ager, feraci-
tate vndeque perfusus ad voluptatem, non
solum nientes, sed mortalium animos inuitans.

Odoror, & delibo pietatis violas, humanita-
tis rosas, nobilitatis lilia, maiestatis cariophyl-
la, ingenij hyacinthos, & reliquos venustissi-
mos Flores, verna feminumina.

*Clau. de Clau. ser. Quos neque frigoribus Boreas, nec Syrius virit
lau. ser. Aëstibus, eterno sed veris honore rubentes.*

*O Flores, & odorum suavitate; & saporum dulce-
dine,*

dine , quibus Alcinoi & damnoſa pomaria verē
cedunt ! quare iam non

Elysios miretur Græcia campos.

Virg. I.

Non Pæſtana roſeta licet Tyburis delicias , Co-
rīciſenī ſarculo versatas glebas , Babylonis Pé-
ſiles , ſuē Annæos Proſerpiṇe hortos , aut alios
quosque ad stuporem diuītijs , ac delicijs affluen-
tes ingredior .

Georg.

Zephyris melioribus halant

Claudi.

Perpetui flores.

I. dera-

Caput noua lilia tollunt

pt.

Virtutum floreficit ager , violaria florent .

Mendo-

Etenim placidissima cœleſtis roris aspergine , in
candidissima Diuini floris propagine tota diſſun-
ditur tellus rediuiuo colore post densissimas ca-
ligines tripudians : cādidiſ herbariū nitor no-
nus affurgit , gratiſſimæ floſculorum chore & mu-
tua iucunditate corriident , purpurātes dehifcunt
in nymphas érugoso carcere fugientes roſe , mo-
ta Zephyris ſylua blando foliorum plauſu-
gratulabunda fuſurrat , in nouellas erumpunt fron-
des comantia arborum culmina , virentia aruo-
rum germina .

li. 9. de-

Narciſſi florem candentis purpura , rubentis
candore Diuinus obit puer , ē ſinu deitatis ad hu-
manum nuper egressus . Bethlemitici Infantis
non obscuris pigmentis adūbratur exortus : pul-

fioribus

poet.

cherimus ad imaginem latex, vimidum nascen-
tis Dei Infantibus decorati membris exéplar,
æternæ sapientiæ imaginem amantis, induentis
imaginem vmbratilis idæa.

Narcissi fontibus vsque ad metamorphosim
insistimus. Qui ingentis speciei elegantia prædi-
tus, cum aliquando ad fontem bibiturus accessi-
set, conspectæ suæ imaginis amore captus, & in
florem sui nominis commutatus est. Appendit
ad limphas, & caput, & spem; rapuerunt ipsæ, &
spem, & imaginem; cumque otis & corporis ve-
nustatem vndæ reflexerant, nutantem Narcissi
imaginem nutans reflexerat animus pueri. Et
qui mortale nihil prius amauerat, amat tandem
numen mortale, dum pulchræ speciei acceptus
imagine, ad faciles ihliat lympharum ludos:
eheu, o diceret, cœlestia numina, date precor, da
te puetum, ego in illum mutabor, ille in Narcis-
sum, vt dum hanc unitatis obtinebimus gloriā,
tam pijs votis aspirasse gloriemini. Neque ini-
portuni gemitus pueri, instar laboris Beljiduni,
cecederunt ad irritum.

Plini. li. Ex Narcisso, & imagine construunt numina
21.c. 5 florem; dederunt folijs candorem, & purpuram,
vt carenti oris numine ad purpuræ percusso
nitorem, & Narcissus, & speculum, vel in ipso
flore luderent. Et qui ad suam imaginem in fon-
te

te anhelauerat, dum beneficio Dicūm latet in flore, & se, & imaginem inuenit, & ferta victoris. Coronandus flore, qui sic amat, qui sic obtinet.

Vix gloriam Narcissi, verni triumphum floris, Dei pueri genethliacum, resonante æthere, conclamant terra, Bethlemiticis vndeque exultantibus campis, Cœlestes Copiæ grandiora festinantes ad gaudia celebrant, dum suum Regem campi florem aspiciunt, qui dum vestigat imaginem, quam diu amauerat, infinitos elit valium recessus.

Inter omnes ordines Diuinam aciem homo reverberat: Creavit Deus hominem ad imaginem suā: ad imaginem Dei creavit illum. Hæc ea est imago, & (vt Hebreus ad sonat) species umbratilis æternæ sapientia, quæ ad tam grandem diuinę mentis diffusa oceanum, immortalis prefert maiestatis fastigium, & eleganti quodam repercuti penicillo splendoris viuente pulcritudinis adumbrat exemplar. Hanc sui imaginem amat Cœlestis Narcissus, nouant parati metamorphosim ad maiestatem miraculi. Homo, inquit, in Deum mutabitur. Deus (admirandam diuinę virtutis dexterā!) sine immutatione, sua ipsius fiet imago: Ipse se Deus depiaxit ad nutum, eamque voluntate formans imaginis, quæ cum exemplari obiecto ralegante confusa id, quod esset, reflecteret,

id fieret, quod exprimeret. Dumque per immensia spacia limpidissimi æternæ sapientiae speculi effundit obtutum, quam in se cristallus receperat ipsam æterni Verbi reflectit imaginem.

At vero si purissima Deipara confono Doctorum feré omnium clamore, limpidissimus nuncupatur fons, potiori sanè iure in incundissimo suo puerperio pulcherrima hac nomenclatione debet indigitari: *Fons signatus*. Tornata Ambrosij verba, lib. de virginibus, cap. 32. *Fons redolens expressus in Dei imaginem*. Opidé formatus scholastes Mediolanensis Præsul! Accinit mirificé S. Methodius de hyppopa: *Fons humanitatis Filii Dei*. Breue, viua & que dictum. Quid enim? Fons est, atque is quidem inter fontes, qui cum supra omnes pellucidus, omnem sibi imaginem ebit, seu naturam. O vnum inter fontes veracem, & clarum vnum!

Ad pellucidas Mariani fontis cristallos reflexa deitatis imago viuidâ spirat immortalitatis speciem. Ardet speculum, ardet & amor. Illud amorem excitat, iste ingenué auditus, & anhe lat ad speculum, & ad eam, quam presentauerat, pulcritudinem formæ, totoque diuinitatis thesauro planè diues, nostram ipse salutem grata largitate meditatur. Non aurea complet essa da, non equis se credit velocibus, fulgentissimo enim

enim pennarū remigio segnes etheris auras maturantem prævidit Malachias, entheoque Vates ore præcinuit: *Et sanitas in pennis eius.* Adeo scilicet flagranti humanæ salutis desiderio, Diuinus pariter ac humanus estuabat annassius, ut amoris arbitrio liberior ipsa rotarum volubilitas, equorumque pernices vngulæ testudinea torpe rent tarditate. Sic ergo de centro diuinitatis inef fabili ad amica hominum commercia volatus, pennas sibi volucres annexit, ut ruetes ceteritatis vndas velociori pede fatiget.

Narcissus iam latet in fonte. Sed oportentū! Quod Dei vmbra fuerat, Deus est: & quod imago, & exemplar, & author: & quam ad fontē spectauerat speciem, ipsam iam diuinitatis complectitur coronatam diademate. Pro Deo imago supponitur, sub cristallum ad artis pudorē Deus pro imagine. Quid si iam pulcherrima species locum subit speciei, exemplaris exemplar? Vtrumque exemplar & cernit, & cernitur: vtrumque imago & picta & depingens. Quod cupierat, tenet; tenetur; quod cupierat; dum querit imaginem, se querit; dum inuenit, in se inuenit; dumque quasi diuissam reflexione radiorum cernit imaginem, vel à se eleganter diuissum, vel se in se ipso latere non dubitat. Alget rationis fulcrū, humanæ ruunt sapientiæ molimina ad tantum

huius operis Sacramentum, & mysterium.

Quis non miretur: clamat, & exclamat Bernardus: non eam mirabatur diuinę virtutis partem, qua cœlos olim clarissimis ad splédo rem laquea ribus Deus architectatus fuerat in maiestatis solium, Cœlestis militię theatrum: non eam, qua aperta, lataque vastissimi æquoris spatia ad immensam terre molem, suis hinc indé librata pôderibus suspenderat, aut elementa singula plus quam ferreis glutinata cōplexibus in suum cuiusque destinauerat limitē, aut immensam hanc orbitam fixo voluēdam cardine ad inuidiam artis extenderat. Non, inquam, eam Diuinę virtutis partem mirabatur: Quis non miretur (melifluū ebibite Bernardum) Ibi agnoscitur longitudo brenis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana: ibi agnoscitur lux non lucens, Verbum infans, id est, non fans, aqua sitiens, panis effuriens. Videas si attendas, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari, Deum denique lactentem, sed Angelos reficientem, vagientem, sed miseros consolantem.

Florentem Montani excipite Mussam. Arias enim Montanus concinnum condidit epigramma, edolabit acutum, præfixo titulo: *Naturæ humanae nenia in tabulam Natalis Iesu. Humana Natura. Ditinum puerum sibi copulatum & vnitum gratulabunda alloquitur, & efficit nemiam. Flo-*

rentem, inquam, Montani excipite Muffani:

Virgineo splendens Infans ut prodixit alio,

Atque illæssa dedit templo pudicitia;

Quæ iam vteri intacti stupuit Natura tumorens;

Nunc pauet insolitum lata puerperium.

Atque nouum mirata genus, varijs quoque gaudens
Blandilalos fertur concinuisse modos.

Excellis mea iura Puer, quod gigneris, aut quod

Nasceris; at meus es, quod puer, & tener es.

Ergo me superas, sine me qui nasceris Infans.

Quod si me superas, es Puer ergo Deus.

*O Puer & certe Deus! o nibi iungeris, ut te
Partibus excipiam, muneribusque meis.*

*O Deus & veré Puer! o tibi iungor, ut aucta
Amplius ipsa tuo munere perficiar.*

Accipies ex me curam Puer, atque labores,

Mortis onus (tibi si quod placet) accipies.

A te ego sed pacem Deus, accipiamque salutem,

Et posse æternæ rumpere vincla necis.

Maronis mæreat iactabundum tympanum,
 Peligni testudo tela fatiscat strictiori, Venusini
 deliret lyra, Bilbilitanum cruxma crusta sic his-
 pida, chelis Tibulli tabula inconcinna, propalet
 Propertius tenebras, Catullus deum catellus
 nutat; si tamen prodeat Arpinas, apinæ merx
 sint, & affaniç.

Puerum illum conuersum in florem canden-

tem purpura, rubentem candore delussa celebra
uit antiquitas:

Oui. 3. *Croceum pro corpore florem
Inueniunt folijs medium cingentibns albis.*

Verē auditores, apparuerunt flores in terra nostra: &
virga Iesse campi florem germinauit, & Narcis-
sum conuallium. Age quid Deo Puer o cum ger-
minanti flore? Quid cum Narciso? Flos Mariæ
Christus est (clamat Ambrosius) Qui bonum odorem
fidei toto sparsurus orbe virginali ex utero germinauit:

Oui. 10. *Flos oritur, formamque capit, quam lilia:
En ipse stat respiciens per fenestras, prospiciens per can-
cellos, canit sponsa Cant. 2. Hebræa legit facun-
dia: Tanquam flos erumpens ex calicibus. Extulit ter-
ris alnum caput tanquā rosa ex generoso cor-
tice Bethlemiticus puer. En Isaiæ flos bellissi-
mus: Et flos de radice eius ascendet: & in capit. 35.
Et florebit quasi lilyum, germinans germinabit, & exul-
tabit lætabunda, & laudans. Gloria Lybani data est ei,
decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domi-
ni, & decorem Deinostri. Hinc Sacræ Scripturæ cla-
uiger inauratus, & purpure decoratus toga Stri-
doniensis Pater, cum migraret Bethleemum, epi-
stola ad Marcellam: Ibimus, inquit, ad Nazaretn,
florem videbimus Galilæe. Et in commentario su-
per caput 11. Isaiæ: Ecce Virgo concipiet, & pariet
Filiū, & florem Dominum in Salvatorem, qui dicit in Cā*

lico Cantorum, ego flos campi, & liliu[m] conualium. O
quot nec ignobiles patroni in suffragium accu-
rrunt! Graniter S. Ambrosius in illa verba Psal-
mi 27. Et resoruit caro mea, Serm. 57. de Domini-
nica in Albis, notat resoruisse carnem Christi
resurgendo: Qui prius floruerat, quando ut flos de radie
ce virginis Iesse processit, hoc est, de Virginis illibata vul-
ua.

Stirpis Iesse a radice exibit ab alta

Virgini nouis visenda modis, & pulchricolor flos

Efferet inde caput.

Philip.

In arborem Iesse modulabatur ille. Et de partu Menze.
Virginis Venantius Fortunatus.

Inde rubore rosas, candore hinc lilia vincens

Flos nouus è terra, quem Polus arce colat.

Quibus fit satis apud Poetam seiscitanti:

Die, quibus interris nascantur nomina Regum

Virg. 3.

Inscripti flores?

Eglog.

Geminans olim ad glebas Narcissus candorem
traxerat purpura mixtum.

Nor aliter, quam poma solent, que candida parte,

Ouid. 3.

Parte rubent, aut ut varijs solet vbaracemis

meta.

Ducere purpureum nondum matura colore m.

Ardet ad florem purpuræ splendor, ardent rubo-
ris flammæ, dumque ad tam sanctum splendoré
candor reflectitur, ad radios purpuræ ardet ima-
go: vere purpureus, qui vere homo, qui fulgen-

tem Diuinitatis ostentat imaginem: veréhos cā
didus, qui ad coelestia dudum viridaria confitus,
Diuinitatis cādenti iubare floruit æternū.

c. 45. Sub pulcherrimis igitur elegatis metaphoræ
coloribus ortum Infantis nostri iucundissimum
ob oculos depinxit Vates Euangelicus inter præ-
sagientis, & anhelantis animum: *Rorate Cœli de-*
super, & nubes pluant Iustum. Iuxta versionem Leo-
nis de Castro ex Græcis fontibus apud Septuagin-
ta duos Patres antiquissima sua lectione, quam
trecentis annis ante Christi aduentū ediderunt;
sic ad votum: *Florete Cœli de super.* Nec aptior à me
fingi, nec à vobis optari melior potuit harmonia
cūs versionis huius tenor. Floruerunt Cœli ad
nutum oraculi, dederuntque germen rubicundi,
& candidum, electum ex milibus.

Cur floret Cœlum, in terris nascente Deo? for-
té, quia terra esse maluit, quam Cœlum, nec iam
vt Cœlum astris fulgere, sed vt terram floribus
picturari: oportuné ille:

Dat Cœlum innumeras vna pro Virgine flamas
Hoc sua commutat sydera flore Polus.

Nascente Christo renascitur orbis, & in fron-
des & flores, in semina, & germina repullulat, &
reuirescit, efflorescit terra. Vbi Pueri vox illa
suauis: *Vox turris audita est* (habet Interlinealis:
Vox Christi) in terra nostra. Cant. 2. illico tellus flo-
ruit:

Mendo.
li. 9. de
floribus
poet.

mita Sonuit vox, inquit Bernardus, Serm. 19. Et splenduit p̄ se. Iucundissimum Bernardi excipite nectar Sermonis (in tractatu de diligendo Deū) dulcissimum eibite saporem: argutē ille: Terra, ex qua formatus est Adam, quæ maledicta fuit, spinas, & tribulos germinauit: sed ad nouæ benedictionis gratiam, per unionem ad diuinitatem renonata refloruit. Hac de causa sponsa illa beata Christi aduētum vernis verborum amībagībus satis nunquam depingit: *Iam hyems transiit, imber abiit, & recessit flores appauerunt in terra nostra.* Ante aduentum Christi terra extabat sylvestribus horrida dumis, postquam tamen illam aduentu suo dignatus est, floribus coronata renixescit. Ipsa etiam florent deserta, & steriles agri locupletantur: olim quidem scatebant spinis, nunc vero rosis:

Lætis decorantur floribus arua.

Nonne senescens mundus, ac pené iam declivi
uis huius floris exortu floridam reuiuiscit in iu-
ventam? Nonne mortaliū corda gelido culpa-
rum densata rigore ad eius eraulsum emolliuntur?
Nonne cunctorum animi à ferreis prauita-
tis compedibus soluti tripudiant vindici suo lau-
dem accinentes? Graniter adstipulatur Ambro-
sius: *Ante aduentum Christi hyems erat, venit Christus,*
fecit aëstatem. Ante omnia erant florum indigæ, nuda vir-
tutum; post Christum uatum omnia cœperunt nouæ gratiæ
fæcim-

Virg.

opus. de

4. mi

temp.

*fēcundari germinibus, Quia in mō vel ipsæ res inani-
mes eius aduētūi quasi gratulantes congesti sunt.
Sceptriferum auscultate Dauidem graphicē mo-
dulantem: Lætentur Cæli, & exultet terra, cōmoueā-
tur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia
quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sȳtuarum à
facie Domini, quia venit. Populus, abies, platanus,
sylux, nemora omnia ad nascentis Pueri vultū
opacantur ramis, floribus arbores coronantur,
omnia vigent, florent, vernant omnia:*

Bider. Tot a tibi fieri lilia terra volet.

*libr. 2. Nonne fēcundē pariter, ac frondosę rurium ar-
cho. 2. bores munera pomorum primigenia tanquam
in titulos pro tanto Natalitio de comātibus tho-
lis nativa largitate suspendunt? Nonne florum
coronæ ipsis in areolis virentibus aras extruunt,
& à Solis aspectu recalentes caudice molliter ad
reuerentiam inflexo mille fumant odores tan-
quam numini?*

*Vernam hanc amēnitatem latinis modulis
adumbratam amēnissimum ingeniu ē Latij po-
mærijs picturabat ad votum:*

Prata floribus decora, mille odores iactitant.

Omnis ardet hic roseti, veris atque amēitas;

Omne vernat hic viretūi cū virore perpeti.

Fragrat hic Aiakis ardor, prolis & Cephise.

Hic Lacon rubet puellus, hic vir Afer fulgurat.

Hālat

Habet id quod ducas Hybla, quodque Himerus germinat;
 Quodque Ibydaspes Medus offert, spirat & Panchaea,
 Quidquid ales a Sabaeis colligit Titanus.

Leta tellus ipsa in herbas turget, omnis tunc ager
 Vernal, cœli deinceps risit ut conuexitas,
 Induit splendore pullo candidus vaccinia.

Non tot attulit colores Persis, nunquam Eoa, nec
 Teneris sic ora fucat, aut Lybissis vellera.

Discolor nec Iris olim cincta aquosis nubibus
 Sic viret per vada, picto vel rubet curuamine.

Plaudant Sylva, plaudant prata,
 Leta plaudant nemora.

Et quæcumque campis nata, multumq[ue] innotescit
 Plaudant nato flumina.

Plaudant vallis, plaudant montes,
 Frondes, flores, germina,

Plaudant rupes & torrentes

Nato plaudant omnia. l. 14. v. 17. ex ognib[us] q[ua]ntum
 Plaudant erga barines nato Deo.

Vniuersus orbis nato Deo renascitur, ac iuuen-
 aescit. Leni ocellorum nictutotius exundantis
 gratiæ fluios deriuat, faceto vultus risu mestitu-
 dum orbis antiquam copiosa hilaritate repen-
 dit. Qui ergo vel unica huius amasij cuspis peccato-
 re non libet? Ut gracili salem venerationis tes-
 sella suam gratitudinem sigillet.

O iucundissime florum apex, belle pussio, quā

apté parcus encontias tes Poeta tibi canet gene-
thiacum, quod nimis adulatore effutum!

Virg. 4.
eglo.

At tibi prima Puer, villa minuscula culta
Errantes bederas possum cum bacchare tellus,
Mysta querit dentis collocata siam mittet arbanto,
Ipsa tibi blandos fundent curvula flores;
Occidit serpens, & fallax herba veneni
Occidet; Assyriu[m] diligenter nascetur amomum;

Flores prodiduitis & cauleis habet, & auer bellus puer: dumque iacet in paleis, suauium florū viridarium coronat; Lectulus proster floridus. Cant. 1. Dauidem etiam video odorantem, & floridū istum lectulum hymnifona sanctem cythara, Psal. 49. Et pulcritudo agricolum est. Apollinarius de Infant Deozin paleis inauguato Rege Ita interpretatur:

Sed & florigeræ me circum coronat copiaterie-

Bellē ergo ex Virginis. Purissima iuxta Puer Iesu tanquam floris candidus & imbutus procedit, ut apte denotem in thelantis auditas & desiderijanxius ardor, quoclus exortum in ipsa Deipara ardentibus inhibebat votis; magnoque clamore precabatur, ut auct. adissimum illapsu sui in ocijs maturaret. Fulcite ne floribus, quia amore longeo. Cantus: quia meritis ad amissam flet, que dilecti suis spolis praestolatur aduentum. Menti plane lassit. Anonimus, & ineditus Au-

in die preparacione Missie fer. 3. apud Nouari-
 menses Agno Euchario ¹⁵⁸⁰ quoniam amor, quam
 ignita desideria, qualis locutio, quam pudicitas aplexus
 amicorum pessimus, atque dulcissimus Mariæ Fi-
 lius in nos descendere dignatur, ut copulet sibi charissimā
 Spousam amore languente, desideriorum floribus ful-
 tans, & sponsi prestatante natus. Sola spes so-
 labatur Deipara, solam suspirando desideria le-
 niebat, sed coqulementius ardebat, quo si pen-
 sissem agabat. Sed in ortu filij floribus amicitur
 Nazareta Virgo, vallatur lilijs, vestitur rosis.
 Totnatali Ecclesiae verba libenter propino? Et si-
 cili die, venit circum abbas eam flores rosarum, & tilia
 collum. Quid ergo non nisi annulled audierat?

Collige virgo rostis dum festos noscas, & noua pubes
 Exortis i' missis tuis dignisib, oludentia
 Apotabib blondos fondent cunabula florēs! O Ecclia
 Verus noster Narcissus ram latet in flore: Non in
 cū violis, grossisque natum. Elatos collum apice's
 insulat, planas vallium areolas argentat, viri-
 dantes dehincādūm lignorum iubas vegeta vul-
 tus eleganter venustac, ac denique torum mun-
 dialis scēnā dissipantur tot penicillis, quos radijs
 mira de exterritate picturat cui sumptuosa aponit.

Oernimus aliquando Matrem abire in Nar-
 cissum, Belloham in Floram, & spicula militari
 in illas hastas in posas, atque inter rubentes ga-

Virg. in
opus, de
rossi.

leas & ferreos bellii apparatus floridus apex erit.
Dei np. pit, & delicias expandit mille colori. Oportune
Hon. & Claudianus.

Mart.

Maiorita signa rubescunt

Floribus, & subito animantur frondibus hasta.

*Laureatos apices, triumphales coronas, palma-
tas vestes, liliatas togas induiti incedebant victo-
res, victrici lauro velabantur tempora.*

Non hic, vt apud Elidem, & Alphæum Olim-
pico Ioui triumphatori de repurgato Augiæ præ-
tepi, de distortis ad cumam colubris fabulosus
Hercules, sed verus monstrorum domitor Iesus
præsepe, descendit, Circæa demolliens præse-
pia, quibus belluina frondentes forma alligabā-
tur homines; serpentis veteris conterit caputē
cunabulo, diffringit tartaream viuerram, & vt

*Hom. aureè Chrysostomus: Agonotheta pro nobis fit, no-
21. ad biscum contra diabolum luctam, certamen instruit. Et
popu. vt mascula sua lingua loquitur Africanus florés:*

*Agonothetes Deus viuis est, xistarches Spiritus Sanctus,
Ciprian. corona æternitatis brauium, epistles Christus. Iesus, qui
ho. de na spiritu nos vnxit, ille nos in scamma produxit. Papé!
tiui. quid cernimus? Iuuenem Deū? imo Infantem*

Lucis Authorem? imo candorem lucis æternæ.

*Pharetratum? qui sagittas suas acutas ardētibus
effecit. Serpentis interptorem? de illo aurea Isa*

*Cap. 27. iæ lingua predixit: Inde illa (scilicet Nativita-
tis)*

tis) *Vicit abit Dominus gladio suo acuto super Lebiathā serpente in tortuosum, sed & occidet eum. Ab eo proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus.*

Ostende in oritur bellantem, certantem, Martio certantem calore. Viden, ut tremit audiri, ut vagit. Spectas ne in cunis iacentem, fascijs involutum? quid obtrudis illum generosi, virilis animi, & pectoris desudantem munere? certat vel in cunis Iesus, algore præualet, nuditate triumphat; si sublestæ fidei testis sum, omni exceptione maiores produco. De illo Maximus Taurinensis: *Chr̄stus Iesus fugens ubera, nascientium Infantium more vagiens, vilibus circumdatuſ pannis, incens in praesepio de speratis mortalibus munus æternæ salutis exhibuit, quos certamine suo, suoque prelio in regnum proprium diabolica de captiuitate reuocauit. Pulcrē Maximus illi magnus succenturiatur Leo: Conflictu prouobis inito, mirabili equitatis iure certatum est, dum omnipotens Dominus cum seuiſimo hoste, non in sua maiestate, sed in vestra congrereditur humilitate. Praclarē dicūm.*

Iam credo Iesum nascientem, certatē, & ago Taber.
nistiā confiteris. Nudum in arenam descendere l. i. c. 4
luctantem, in iure positum erat; ecce nudus egredit
tur Iesus in palestram, *Expedit enim, ait Bernardus: Nudus esse, qui cum diabolo, qui nudus est, luctatur quod Christus, & docuit verbo, & consecravit exemplo.*
Et Poeta: D 3. Vic.

Victoria maior
Humanis fuerit quó magé nudus erit.
Vngebantur athletæ ad victoriā molem, Iesus
- m̄pus vnguis est, Christus est soleum effusum no-

Orat. 4. men illib⁹ Pronobis bellatoris Christus pait Nazian-
de Theo, zenus, diuinitate delibutus est ubea enī humanitatis
pnctio est. Quid ultra?

Horat. Qui studet optata m cursu, contingere metam,
de art. Multatulit, fecitque puer, sudavit, & al sit.

En puer, qui natu⁹ est nobis, exultat ut Gigas
ad currēndam viam! Et ó numen aeternum quan-
tu⁹ patitur! Instat amoris calor! ó quantum su-
dat austri⁹ acta flatibus crudescit hyems? ó
quancunq; alget! Ridet, ridet athleta noster rigé-
tem glaciem, gelidatam niuem, quatientem grá-
dinem, ferocientem Boream.

Vulg. 4. Quis nouis his nostris successit sedibus hospes?

Aeneid. Qua nse ore ferens, qua m forti pectore & armis.

Credo equidem (nec vanafides) genus esse Deorum.

Agnosco ó diuine luctator oscitatrixis excellé-
tiam luctæ, sentio lacrymarum globos igneos,
é presepio varietatem stipulam, bellantes pecto-
ris singultus, & ipsam nuditatem tibi victoria-
lauros reportantem. Pacem admiror te duce no-
bis é cœlo terras inuisentem. Oreris ó desideriū
collium aeternorum.

Tupuer

Tu pugnacessalli, tu forniosissimay alto
 Conspiceris ad quod meos ubi regali ihu m:
 a longilini et Querit Datus autorat libatoe iuris
 amittit Tellus, pontique globis.

Oteris, & noua bella eligis, tecum oritur abun-
 dancia pacis! qui in die tibi natali per summum
 manifestas fulgorem eastra Bethlemitico can-
 po metallarum, purpurea fugebas vexillal, brachij
 que vulpo certatem mifido tremente vibabas.

Quid cum abiecto piero, seruique formā
 andato diadema nobile? quid cum fasciatis bra-
 chiis potentia sceptrum? quid cum imbelli
 pulsione bella Materis horrenda? quid cum vā-
 ganti quiccati tubae clangor? faceto quidem sub
 lata nos ossa certulamus? Scilicet vagitu ad Aduers.
 & nos precepimus baturus Iustus, & sigillum belli non tu Indeos,

sed crepitacillo datum, nec ex equo, vel de muro, sed c. 9.

de nimilli, ac gerante sui dorso, sine tollere hostem designa-
 batur. Sacra ideo nostri dicis telesgia fragore pli-
 biffemans gladiolum fulgore colfusceant? mis-
 filium grandinem horrificant? potius enim seni ca-
 piens ad hunc tenet hemionum cuneos pulreft men-
 um precipitantia fugant, & ut ore affre loqui-
 pri. Autem in superbos Reges cura defebat. Infan-
 tibus (stupri) munisti, & nullad manu
 bivis sah in horribilem coniuro, sed amoris bice-
 ona personali laboris honestatis, immunita-
 tis.

et exaltat vexillum, cuius illicio capti potentes
mundi Reges in dulcem captiuitatem sponte co-
currunt. Sed adhuc bellici apparatus insigniola
in isto puerperio subsplendent. Nonne in prima
castrorum metatione subito facta est cum Angelis
multitudo militiae cœlestis? non ethereæ stre-
puerunt tuba, puerumque Infantem rusticis annū-
tiauere pastoribus? Quid militia cœlestis, nisi
cœlestem, ac bellatorem ducem insinuat? Vnde
S. Augustinus purissimum Deiparæ gremium
appellavit *Tentoria pulcherrima splendentis Vteri*,
quasi de castissimæ parentis vlnis, tanquam ex
Regio castrorum tabernaculo parvulus noster
dux imperitaret. Etenim parvulus Imperator
amoris iaculo fauiciat, & blando amoris imperio
ferrea virorum corda vix natus derriumphat. Sa-
cro parvulus ignescit furore, acerbamque inter-
minans cædem dura rebellium corda pessundat,
ut pulchrè decantauit Isaias: *Et puer parvulus mi-
nabit eos.* Quæ verba primores Ecclesiæ non pau-
ci de pueru nostro interpretantur.


Sanè puer parvulus indomitas mundi belluas
sua de gunis virtute cicurat. Nonne rumor Infan-
tis Regis Magorum labijs inuectus immanissi-
mam belluam, tyranum (iaquam) Herodem
anxia penitus turbatione commouit? Nōne vel
illius tenui vagitu tota Hyerosolyma contre-
muit?

multus. Vide te ergo quam blanda, silentique excursione noster prælatum. Infans; occulto silenter amore ingenuos rapit, rebellis virtute citra fragorem castigat. Neque enim in arroganti superbie fastu Regiam sibi conciliat potestatem; non eius palatum famulorum turba circuque resonat, nigranti rubet purpura, solis maiestate tumescit; sed humana benigni visi tus comitate cunctas mundi nationes in suam adorationem mirificè connectit: Pastorum caulam in Regum aulam abire parat, potentissimos ductat ab oriente Reges in maiestatis fastigium, Diuinatatis fulgorem, cœlestis gratiae radios, æternas gloriæ felicitates, inaccessum iubar. Quod nobis utinam impendat.

Filius æterno proles æqua parenti;
 Amborum communis amor, Cœli aurea flamma
 Spiritus ignipotens, implens ardoribus orbem:
 Numen idem in tribus, & tribus una potestas,
 Maiestas, natura eadem, tribus una voluntas:
 Cui nostra uniuersa dicata, & placita sunt.

O R E T O D E I U M

F I N I S.



DEL LICENCIADO IVAN
Antonio de la Bella a el Autor.

DE Z I M A S.

Daça, con tan alto auiso
a Narciso engrandeceys,
que con su Flor sola, hazeys
a Granada Parayso:
porque en tan bello Narciso,
de la verdad instituto,
nos dà, doctamente astuto,
con soberano primor,
vuestra ingenio linda Flor,
vuestra Flor copioso fruto.



O T R A D E E L M I S M O
a el Autor.

Del Ioven que enamorado
de si, se arrojò a la fuente,
hazeys alusion valiente
a Dios Narciso humanado:
y aunq os inuidiò el cuydado,
Deydad celebraros quisó
ingenuamente improviso,
porque solo admiró en vos,
de vn Narciso hazer vn Dios,
y hazer de vn Dios vn Narciso



Open up the door

and let me in

